

Die Epistola: Lectio Libri Sapientia: surgam & circuibo &c.
ut in Festo S. Mariae Magdalena die 22 Julij: Graduale
Communio de Com: Evangel: de Thesauro: Secreta
Post Com: propria. Secreta
Placationis hostia, quam tibi offerimus, Domine, Beata
Margarita interveniente suffragio, optata nobis indul-
gentia plenitudinem clariatur. p' Dñm &c.

Post Communio.

Uberes Dñe sancta tua Margarita Lachryma duritiem
cordis nostri emoliant; ut per hujus virtutem sacra-
menti debitas reatibus flamas in incessante fletu
extingvamus. per Dñm nostrum &c.

Die

FESTA MARTII.

L 1850

Z. BIBLIOTHECA
SEMINARII W
D. DOMINUS BENE

V^{ta} Beati Rogerij Confessoris. Missa: Os justi de Com. r. Loco.
VI Beata Coleta Virginis. Missa Vultum tuum: de Com. 2^{to} L.

ORATIO

Domine Iesu Christe qui B. Coletam sponsam tuam innu-
meris dotibus decorasti: tribue quasumus; ut quo spiritu
seraphicam Regulam pristinam puritati restituit, eodem
intus reformati mereamur. Qui vivis & regn: & ejusd: sp: &c.

Epistola: De Virginibus praeceptum Dni non habeo &c.

VIII Evangelium vero: de Decem Virginibus & rel: de Com.
Sanctae Rose Viterbiensis Virginis. Missa: Diluxisti Com.

ORATIO.

X Deus qui B. Rotam sanctorum tuarum Virginum collegio
aggregare dignatus es: tribue nobis quasumus; ut ejus
meritis & precibus a culpis omnibus expiemur, & tua Ma-
iestatis consortio perseveremus aeterno. per Dñm &c.

IX Sancta Catharina de Bononia Virginis. Missa Vultum
tuum ut supra in Festo B. Coletae & Martij & et: propria

ORATIO

Concede nos famulos tuos Deus Beata Catharina Virgi-
nis suffragijs adjuvari: cuius odore unguentorum trahi-
mur ad tua Sancta Latentes. per Dñm &c.

Secreta

Illo nos igne in hoc sacrificio offerendo, fac quasumus
Domine vehementer incendi, quo Beata Catharina Vir-
go seipsum tibi offerebat, iugiter famulari. p' Dñm &c.

Post Communio.

XI Majestatem tuam Domine suppliciter exoramus: ut sicut B.
Catharina Virginis corpus incorruptum servasti ita nos
ficias per haec sancta quae sumpsimus, ab omni culparum
Labe servari. p' Dñm &c.

XII Sancta Franciska Vidua. Missa: Cognovi. de Com.

Deus qui B. Franciscam famulam tuam inter cetera gratie
sua dona familiari angeli consuetudine decorasti: concede
quasumus; ut ejus intercessiones auxilio Angelorum consor-
tium consequi mereamur. p' Dñm &c.

XIII Sancti Joannis de Deo Confessoris. Missa, Os justi de Com.

ORATIO

Deus qui Beatum Joannem tuò amore succensum interflam-
mas innoxium incedere fecisti, & per eum Ecclesiam tam
nova protegundisti: praesta ipsius suffragantibus meritis
ut

Dic utione caritatis tuae vilia nostra currentur, & remedia nobis eterna proveniant. per Dnm dicitur.

Epistola: Beatus Vir &c. Evang: ex Dominica 12. p' Penerop.

XIV. Translatio S. Bonaventura E. C. & Eccl. Doct: ut 14 July.

XVII. Sancti Patritij Episcopi Confess: Missa Statuite i& de som. Deus qui ad prædicandum gentibus gloriam tuam Bea- sum Patritium Confessorem atq' Pontificem mittere dia- natus es: ejus meritis & intercessione concede; ut quæ nobis agenda præcipis, te misericante adimplere possimus p' Dñi nostrum Iesum dicitur.

XVIII. Beati Salvatoris ab Horta Confess: Missa Justus de Com.

XXII. Sancti Benvenuti Episcopi & Confess: Missa Sacerd: 2. loc.

XXIV. Sancti Archangeli Gabrielis. Introitus Psal: 67.

Prævenerunt principes conjuncti psallentibus in medio juvencularum Sympanistrarum. Psalm. Exultat Deus & dissipentur inimici ejus: & fugiant qui oderunt eum a facie ejus. N: Gloria Patri & Prævenerunt &c.

ORATIO.

Deus qui per Archangelum tuum Gabrielem Salvatorem mundi Sacratissima Virginis concipiendum nuntiasti: da ut eundem & mente pura concipiamus, & feruimus imitemur affectu. p' eundem Dnm.

Lectio Libri Apocalypsis B. Joannis Apostoli.

Et septimus Angelus tuba cecinit, & facta sunt voces magna in Cælo dicentes: factum est regnum hujus mundi Domini nostri & Christi ejus & regnabit in secula seculorum: amen. Et virginis quasi seniorum, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum dicentes: gratias agimus tibi Dñe Deus Omnipotens, qui es, & qui eras, & qui veni- turus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et apertum est templum Dei in Cælo, & visa est arca testamenti ejus in templo ejus. Et signum magnum apparuit in Cælo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona Stellarum duodecim & in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.

Graduale Psalm: Et tollite portas principes vestras, & eleva- mini portæ aternales, & introibit Rex gloria. N. Quis est iste Rex gloria? Dominus fortis & potens, Dominus po- tens in prælio. Tractus Daniel 10: Ecce vir unus Ga- briel vestitus Lineis, & renes ejus accincti auro obtriko. N. Et corpus ejus quasi Chrysolithus & facies ejus velut species fulguris. N. Et oculi ejus ut Lampas ardens, & brachia ejus, & qua deorsum sunt usq' ad pedes, quasi species æris cardentis. N. Et vox ejus sermonum, quasi vox multitudinis.

Tempore Paschali. Alleluja, Alleluja N: Missus est An- gelus Gabriel ad Mariam Virginem desponsatam Joseph. Alleluia. N. Ecce vir unus Gabriel quem videbam a principio, citò volans letigit me, & docuit me alleluja.

Die

Evangelium: Missus est &c. ut in Festo Annunt: 25 Martij
Offertorium. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus,
potentes virute, facientes verbum illius, ad audiendam
vocem sermonum ejus.

Secreta.

Exaudi Domine preces nostras, quas per Archangelum tuum
Gabrielem mittimus presentandas, quibus suppliciter
exoramus: ut & hanc hostiam salutarem, & per eam, nos
tibi sacratos in odore svavitatis suscipias. p' Domini &c.

Communio.

Cecce Michael unus de principibus primis, venit in ad
iutorium meum. Post Communio.

Roborent nos quas sumus Domine sacra quae sum primus: &
favente Archangelo suo Gabriele in opere efficaces & in
quo amore fervidi inveniamur. p' Domini &c.

XXX. Beata Angelia Fulginatis Vidua. Missa Cognovi de Com.

Die

FESTA APRILIS.

III. Beati Benedicti à S. Philadelpho Confes: Missa Justus &c.
ORATIO.

Deus qui B. Benedictum Confessorem tuum celestibus
donis completesti, eumque in Ecclesia tua signis & vir-
tutibus clarere fecisti: praesta quas sumus; ut Jesus meritis
& precibus tua beneficia capiamus. p' Domini.

XV. Beati Lucij Confessoris: Missa Justus ut palma de Com.

XVI. Sancti Raphaeli Archangeli. Introitus Psalm: 21

Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, potentes
virtute, qui facilis verbum illius, ad audiendum vo-
cem sermonum ejus. Alleluia, Alleluia.

Psalm: Benedic anima mea Domino, & omnia quae in-
tra me sunt nomini sancto ejus. N. Gloria Patri &c.
ORATIO.

Deus qui B. Raphaelem Archangelum Tobiae famulo
tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis
ut ejusdem semper protegamus custodia, & muniamus
auxilio. p' Domini nostrum Iesum Christum &c.

Lectio Libri Tobie.

In diebus illis: dixit Angelus Raphaël ad Tobiam: etenim
Sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem
Dei revelare & confiteri honorificum est. Bona est oratio
cum jejuniō, & eleēmōsyna magis quādū Thesauros auri re-
condere: quoniam eleēmōsyna ī morte liberat, & ipsa
est quā purgat peccata, & facit invenire misericordiam & vi-
tam & eternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem
hostes sunt anima sua. Manifesto ergo vobis veritatem, &
non abscondam a vobis occultam sermonem. Cūando ora-
bas cum Lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas
piandum fītem, & mortuos abscondebas per diebū in do-
mo tua, & nocte sepeliebas eos; ego obtuli orationem hi-
am Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut
tentatio probaret te. Et nunc misit me Dominus, ut cu-
rarem te, & saram uxorem tuam a Filii sui a demoniis
liberarem. Ego enim sum Raphaël Angelus uetus ex-

septem, qui astamus ante Dominum.

Alleluja, alleluja. V. Psalm: Benedic anima mea Dominum & omnia interiora mea nomen sanctum ejus, alleluja.
V. Missus est Angelus Domini Sanctus Raphaël a Deo ad Tobiam, & salutavit eum & dixit: gaudium sit tibi sp̄r all:
¶ Sequentia Sancti Evangelij secundum Joannem.

In illo tempore: erat dies festus Iudaorum, & ascendit Iesus iherosolymam. Est autem iherosolymis probatica, piscina, quæ cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cætorum, claudorum, aridorum expectantium aqua motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & movebatur aqua; & qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanguis fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate.

Offertorium. Stetit Angelus juxta aram templi, habens Thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, & ascendit fumus aromatum in conspectu D.E.I. alleluia.

Secreta.

Hostias tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes: ut easdem angelico pro nobis interveniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. p' Dñm nostrum &c.

Communio.

Benedicite omnes Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in secula; alleluja.

Post Communio.

Dirigere dignare Dñe Deus in adjutorium nostrum sanctum Raphaëlem Archangelum: & quem Majestati tua semper assistere credimus, tibi nostras exiguas preces benedicendas assignet. p' Dñm &c.

Die Translatio Sancta Elisabetha Vidua, Hungaria Regina
XVIII. Missa: Cognovi; ut in ejus festo die 19 Novemb.

XX. Beati Jacobi de Bictecto Confess: Missa Justus de Comm:

XXIV. Sancti Fidelis a Sigmarinaga Martyris. Missa Proteristi
ut in Comm: unius Martyris tempore Paschali.

ORATIO.

Deus qui B. Fidelem seraphicō spiritū ardore succensum in vera fidei propagatione Martyrij palma & gloriose miraculis decorare dignatus es: ejus quæsurus meritis & intercessione, ita nos per gratiam tuam in fide & charitate confirmas; ut in servitio tuo fideles usq; ad mortem inveniri mereamur. p' Dñm.

XXVII. Translatio S. Paschalis Baylon Confessoris. Missa ut in Natali ejusdem 17. Maii: excepta hac oratione.

ORATIO.

Deus qui B. Paschalem inter cetera gratia tua dona singulari erga Sacratissimi Corporis & sanguinis tui mysteria dilectione decorasti: tribue quæsumus; ut qui ejus translationis memoriam pijs affectibus celebramus, ipsius apud te patrocinij adjuventur. Qui viuis & regnas &c.

XXVIII. Translatio S. Petri de Alcantara. Missa ut 19 Octobr.

ORATIO.

Deus qui animam B. Petri confessoris tui charismatum donis, & corpus crucis mortificatione decorasti; concede precibus nostris: ut qui ejus recolimus translationis memoriam virtutum quoque imitemur exempla. p' Dnm dicitur:

Die XXX. S. Catharina Senensis V. Missa Dillexisti. de Com.

ORATIO.

Da quas sumus omnipotens Deus; usque qui B. Catharina Virginis tua natalitia colimus, & annua solemnitate laetemur, & tanta virtutis proficiamus exemplo. p' Dnm dicitur:

Dominica 2da post Pascha

In Festo Sanctissimi Sepulchri Domini N. IESU Christi.

Introitus Isaia 63.

In illa die erit Radix Jesse, qui stat in signum populorum. Ipsius gentes deprecabuntur, Alleluja. & erit Sepulchrum ejus Gloriosum, Alleluja. Pala: Huminis impetus latifidat civitatem Dei, Sancti. Ficavit tabernaculum suum altissimus. N. Gloria Pri dicitur:

ORATIO.

Domine IESU Christe qui pro nobis mortem subire, & in sepulchro depositus tertia die resurgere voluisti: concede famulis tuis, ut qui Sepulchri tui memoriam recolimus, Resurrectionis quoque gloriae participes esse mereamur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate. &c.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: surgens Paulus, & manu silentium indicens. Ait: Viri fratres, filii generis Abraham, & qui in vobis continent Deum, vobis Verbum salutis hujus missum est. Qui enim habitabant Ierusalem & Principes ejus ignorantes Iesum, & voces Prophetatum, quae per omne Sabbathum leguntur judicantes impluerunt: & nullam causam mortis iudicantes in eo petierunt a Pilato, ut interficerent eum. Cumque consumarent omnia, quae de ipso scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento; Deus autem suscitavit eum a mortuis tertia die; qui visus est per multos dies his, qui simul ascenderant cum eo de Galilaea in Ierusalem; qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.

Graduale job 13 Qui expectant mortem, & non venit: quasi fodientes thesaurum, gaudenter vehementer, cum invenerint Sepulchrum Alleluja Alleluja. Joan: 20 Surrebant duo simul & ille alius Discipulus praeccurrerat citius Petri, & venit prior ad monumentum: Alleluja.

T. Sequentia Sancti Evangelij: secundum Lucam.

Una Sabbathi valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum portantes, quae paraverunt aromata, & invenerunt Lapidem revolutum a monumento, & ingressa non invenerunt Corpus IESU. Et factum est, dum mente consternata essent de isto, ecce duo viri stetebant secus illas in ueste fulgenti. Cum timerent autem & declinarent vultum in terram & dixerunt ad illas, quid queritis? viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilaea esset dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi & die tertia resurgere. Et recordata sunt verborum ejus, & regressa a monumento, numeraverunt haec omnia illis undecim & ceteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Joanna & Maria Jacobi & cetera. quae cum ei

eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hac: & visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. Petrus autem surgens, currit ad monumentum & procul: bens vidit Linetamina sola posita, & abiit secum mirans, quod factum fuerat.

Offertorium: Transibo in Locum Tabernaculi admirabilis, usq; ad Domum Dei, alleluja.

Secreta.

Deus qui per depositionem Sanctissimi Corporis Filij tui in Sepulchro, idem Sepulchrum sanctificasti: concede quas sumus; ut in hoc Sepulchro anima & corde habitemus. per eundem Dnm. Communio.

Beatus qui audiit me, & qui vigilat ad portas meas quotidiane & observat ad portas ostia mea. alleluja.

Post communio.

Deus qui nos Sancti Sepulchri Filij tui latari facis honore praesta quas sumus: ut in eodem sepulti mundo moriamur & tibi soli vivamus: per eundem Dnm. Communio.

Dominica 3^{ta} post Pascha

Massa Patrocinij Sancti Joseph, sponsi B.V.M.

Introitus Psalm 32.

A djutor & Protector noster est Dominus: in eo latabitur cor nostrum: & in nomine ejus speravimus, alleluja alleluia. Psalm 79. Qui regis Israël intende: qui deducis velut ovem Joseph. **XV.** Gloria Patri &c. ORA T. I. O.

Deus qui ineffabili providentia Beatum Joseph Sanctissima Genitricis tue sponsum eligere dignatus es: praesta quas sumus; ut quem Protectorem venetamur in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Qui vivis &c.

Lectio Libri Genesis.

Filius accrescens Joseph, filius accrescens & decotus aspectu: filii discenderunt super murum. Sed exasperaverunt eum & iugati sunt invidenterque illi habentes jacula. Stetit in forti arcus ejus & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Jacob: inde egressus est Pastor, Lapis Israël. Deus patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus coli desuper, benedictionibus abyssi jacantis deorsum, benedictionibus uberum & vulva. Benedictiones patris tui confitata sunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret desiderium collum aeternorum. Fiant in Capite Joseph & in vertice Nazarei inter fratres suos.

Alleluja, alleluja: **XV.** De quaunque tribulatione clamaverint ad me, exaudiā eos, & ero Protector eorum semper. alleluja. **XV.** Sac nos innocuam Joseph decurrere viam, sitque tuō semper luta Patrocinio. alleluja.

T Sequentia Sancti Evangelij secundum Lucam. L. 3.

In illo tempore: factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante apertum est Celum, & descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de Celo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi; Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph.

Offertorium Psalm. 147.

Lauda ierusalem Dominum, quoniam confortavit seras
portarum tuarum; benedixit filii tuis in te; alleluia, alleluia.

Secreta.

Sanctissima Genitrix tua sponsi Patrocinio suppulti, roga
mus Domine Clementiam tuam: ut corda nostra facias terre-
na cuncta despiceremus, ac te verum Deum perfecta charitate
diligere. Qui vivis & regnas cum Patre in unitate. &c.
Communio.

Jacob autem genuit Joseph Virum Maria, de qua natus est Ies-
sus, qui votatur Christus. Alleluia alleluia.

Post Communio.

Divini munera fonte refecti, quas sumus Domine Deus noster:
ut sicut nos facias Beati Joseph protectione gaudere: ita ejus
meritis & intercessione celestis gloria facias esse participes.
Per Dnm nostrum Iesum &c.

Feria Secunda Rogationum:

Translatio Sancti Didaci Confess: Missa ut in Festo 12 Nov.

ORATIO.

Deus qui per Translationem Corporis B. Didaci Confessoris
tui, ejus gloriam in terris renovasti: concede propitiis; ut
ipsius precibus nos spiritu renovati, eterna premia conse-
qui mereamur in celis. p. Dnm nostrum &c.

FESTA MAII

IV^{ta} Sancta Monica Vidua. Missa Cognovi: de Comm:
ORATIO.

Deus marentium consolator, & in te sperantium salus,
qui Beata Monica pias lacrymas in conversione filij sui
Augustini misericorditer suscepisti: de nobis ut usq;
interventu peccata nostra deploare, & gratia tua in-
dulgentiam invenire. per Dnm nostrum &c.

Epidota: Viduas honora 2^{do} loco. Evangelium vero ex
Dominica 15. post Pentecosten: reliqua de comm.

V^{ta} S. Pij Quinti Papa & Confessoris. Missa statuit de Com:
ORATIO.

Deus qui ad conferendos Ecclesie tua hostes, & ad divinum
cullum reparandum Pium Quintum Pontificem maximum
eligerem dignatus es: fac nos ejus defendi praesidijs, & ita
tibi inherere obsequijs; ut omnium hostium superatis in-
sidijs, perpetua pace latemur. p. Dnm &c.

X^m S. Antonini Episcopi & Confess: Missa statuit ei q. Com:
ORATIO.

Sancti Antonini Domine Confessoris tui atq; Pontificis me-
ritis adjuvemur: ut sicut te in illo mirabilem predicanus;
ita in nos misericordem fuisse gloriemur. p. Dnm &c.

XIII. Sancti Petri Regalato Confessoris: Missa Os justi: de Com:
ORATIO.

Deus qui dilectum Famulum tuum Petrum carne mortifica-
bim, ad delicias gloria tua assumere dignatus es: concede,
propitiis; ut ad delectationes, quae in dextera tua sunt, usq;
in finem, meritis ejus & intercessione pervenire valeamus.
p. Dnm nostrum &c.

XVI Sancti Joannis Nepomuceni Martyris.
Missa Prolexisti: de Comm: Tempore Paschali: extra vero
& tabitur justus. Evang: Nihil est opertum: ut 26. Januarij.

Die

ORATIO

Deus qui ob invictum Beati Joannis Sacramentale silentium novam Ecclesiam tuam martyrij coronam decorasti: da nobis intercessione & exemplo Lingvam certe custodire; ac omnia potius mala, quam anima detrimentum in hoc saeculo tolerare. p^r Dom^m nostrum d^c:

Secreta.

Per haec sua Domine sacra mysteria illo nos charitatis igne accendamus: quo inclitus Martyr joannes eadem peragendo flagrabat. per Dom^m d^c:

Post Communio.

Spiritum Domine fortitudinis haec nobis tribuat mensa caelstis, quod Beati Martyris tui joannis pro Sacramento honore tentatam constantiam judicer aluit ad victoriam per Dom^m nostrum d^c:

Die Sancti Ubaldi Episcopi & Confess: Missa Statuit com:
ORATIO.

Auxilium tuum nobis Domine quasumus placatus im-pende: & intercessione B. Ubaldi Confessoris tui atq^s Pon-tificis contra Comites diaboli nequitias dexteram sub-propitiationis extende. per Dom^m d^c:

XVII Sancti Paschalis Baylon Confessoris. Introit
In omni tempore dedit Confessionem sancto & ex-celso in verbo gloria: de omni corde suo laudavit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum. alleluia alleluia Psalm: Benedic anima mea Domino: & omnia que intia me sunt nomini sancto ejus. N. Gloria Patri d^c

ORATIO
Deus qui B. Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti: concede propitius; ut quidm ille ex hoc divino convivio spiritus percepit pinguedinem, eamdem & nos percipere mereamur. Qui vivis & regnas d^c:

Lectio Epistola Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.
Fratres, vide te vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quia stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & in firma mundi elegit Deus, ut confundat fortia & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos vestis in Christo Iesu, qui factus est nobis Sapientia a Deo & Justitia & Sanctificatio & redemptio: ut quemadmodum scriptum est: qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Tempore Paschali. Alleluja, alleluja. N. justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. alleluja. N. justus germinabit sicut Lilium & florebit in eternum ante Dnm alleluja. Extra temp: Pasch: dicitur; Graduale. Domine pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de Lapiide pretioso. N. Vitum petiit a te & tribuisti ei Longitudinem dierum in saeculum saeculi. Alleluja alleluja. N. justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. alleluja.

Evangelium.

F. Seqventia Sancti Euangeli Secundum Mattheum.
In illo tempore respondens Iesus dixit: confiteor tibi Pater Domine cali & terra; quia abscondisti haec a sapientibus

& prudentibus & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam
sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre
meo. Et nemo novit filium nisi Pater; neque Patrem quis novit
nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Venite ad me om-
nes, qui Laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. Tollite
jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum
& humiliis corde: & invenietis requiem animabus vestris.
jugum enim meum suave, & onus meum leue.

Gedo.

Coffertorium: Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: &
Nomine meo exaltabitur cornu ejus. alleluia.

Secreta.

Accepta tibi sit Domine, haec hostia placationis & laudis:
& præsta; ut qui tuum jugiter imploramus auxilium, Beati
Paschalis intercessione, quod fideliter petimus, efficaciter
consequamur. p. Dñm &c. Communio.

Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis
sum & humiliis corde, & invenietis requiem animabus vestris.

Post. Communio.

Corporis tui sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine
quæsumus Dñe Deus noster, ut intercedente B. Paschale
Confessore tuo, celestis beatitudinis tribus nos esse con-
sortes. Qui vivis & regnas &c.

XVIII Translatio S. Bernardini Confess: Missa ut in festo Ord.

XIX Sancti Ieronimi Confessoris: Missa Justus ut palma
Epistola, Spectaculum doloris. Eulg'm: Sint Lumbi xiiij:

Oratio.
Deus qui B. Ieronem Confessorem tuum per operibus, signis
& virtutibus in Ecclesia tua clarere fecisti: præsta quæsu-
mus; ut ejus meritis & precibus tua beneficia capiamus. p.
Dñm nostrum Iesum Xim &c.

XX Sancti Bernardini Confessoris: Missa inter Festa Ord.

Oratio.
Domine JESU, qui Beato Bernardino Confessori tuo eximi-
sum Sancti Nomini sui amorem tribuisti: ejus quæsumu-
meritis & intercessione spiritum nobis tua dilectionis
benignus infunde. Qui vivis & regnas &c.

XXI Sancti Felicis Capuccini Confessoris. Introitus

Dominus pauperem facit, & dicit: humiliat & sublevat,
suscitat de pulvere egenum & de stercore elevat pau-
perem: ut sedeat cum principibus & solium gloriae teneat.
Alleluja, alleluja. Psalm: Videant pauperes & latentur
quæste Deum & viveat anima vestra: quoniam exaudiuit
pauperes Dominus. N. Gloria Patri &c.

Oratio.

Faç nos quæsumus Dñe JESU in simplicitate & innocen-
tia cordis nostri ambulare: quarum amore de sinu Ma-
tris inter B. Felicis Confessoris tui brachia descendisti.
Qui vivis & regnas &c.

Epistola: Statim induite vos: ut in Dñca 5^{ta} post Epiphany
Temp. Pascha: Alleluja alleluja. Psalm: Unum petij a Do-
mino, hanc requiram, ut inhabitem in Domo Domini om-
nibus diebus vita mea, ut videam voluptatem Dni. alleluja.
Extra tempus Pasch: Graduale: Misit de summo & accepit
me: & absumpsit me de aquis multis. Et retribuit mihi Dñ
secundam justitiam meam, & secundum puritatem manum
mearum in conspectu oculorum ejus. alleluja alleluja
Psalm

utiana R. m. .

Psalm. Benedictus Dominus, quoniam misericordia tua
diam suam mihi in civitate munita. Alleluia.
Evangelium: ut superius in festo S. Paschalis 17. Maii.
Offertorium. Honestavit illum in laboribus & complevit
labores illius. Alleluia. secreta.

Adesto votis nostris clementissime Deus: ut hac oblatione
salutaris, qua in honorem Beati Felicis persolvitur; ad de-
lictorum nostorum veniam impetrandum in odorem suavi-
tatis ascendas per Dominum nostrum Iesum.

Communio.

Dilectus meus mihi & ego illi: tenui eum nec dimittam all:
Post Com: Exuberet quas sumus Domine in cordibus nostris
percepti gratia sacramenti: qua nos B. Felicis confessio-
ris cui imitatione purificet atque intercessione communias
per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Die Sancti Celestini Papa & Confessoris. Missa de Com:
XXII Pontificum: Evangel: ex Com: Abbatum Ecce reliquie

ORATIO.
Deus qui B. Petrum Celestinum ad summi Pontificatus
apicem sublimasti, quippe illum humilitati postponere
docuisti: concede propitius; ut ejus exempli cuncta mundi
despicere, & ad promissa humillibus premia pervenire fe-
lititer mereamur. per Dominum nostrum Iesum.

XXV Translatio Sancti Patris nostri Francisci Confess:
In Missa Introitus: Michi autem: de Stigmatibus: Oratio
Epistola & reliqua ut in festo 4. Octob:

XXVI Sancti Philippi Neri Confessoris. Missa impressa.

XXVII Sancti Venantii Martyris. Missa Proteristi Tempore
Paschali: extra vero Latabitur. Evangel: Si quis venit
ad me.

XXIX Sancta Maria Magdalena de Pazzi Virg: Missa de Com:
ORATIO.
Deus qui hunc diem B. Venantii Martyris sui triumpho con-
secrasti: exaudi preces populi & praesta; ut qui ejus merita
veneramur, fidei constantiam imitemur. p' Dominum Iesum.

XXX. Beata Humiliana de Cerchis Vidua. Missa Cognovi

ORATIO.
Omnipotens semperne Deus, dulcedo cordium & premium
beatorum: qui B. Humilanam tuam amorem succensam suavi-
simam contemplationis dulcedine replevisti: concede pro-
pitius; ut ejus meritis & imitatione tibi fugiter adherentes
tua celsitudinis speciem contemplari perpetuo mereamur.

XXXI Beati Joannis de Prado Martyris. Missa Proteristi Temp:
Pasch: extra vero Latabitur. Evangel: Si quis vult: de Com:

ORATIO.
Deus qui contra Mahometicam pravitatem Beatum Joan-
nem Verbi tui praecomenem eximium efficeristi: concede iussi-
cute ipse profidei tua dilatatione martyrij palmam meruit ob-
stinere; sic nos ejus intercessione fidei nostra premia
consequi mereamur. p' Dominum Iesum.

Die

I^{ma}

FESTA IUNII.

S. Gregorij Papa VIIⁿⁱ Confessoris: Missa Sacerdotis

Deus in te sperantium fortitudo, qui B. Gregorium
Confessorem tuum atq; Pontificem pro tua ecleesi.
Libet late virtute constantia roborasti: da nobis exdm.
plō & intercessione omnia adversantia fortiter su-
perare. p. Dñm nostrum &c:

III Beati Andrea ab Hyspello Conf: Missa Justus de Com:
ORATIJO.

Clementissime Deus, qui B. Andrea Confessoris tui
meritis & intercessione aēris serenitatem & pluviam
poscentibus tribuisti congruentem: mentes nostras
imbre gratia tua perfundere ut sordibus peccatorum ab-
steris perpetua nullus tui hilaritate perfici mereamur
per Dñm nostrum Iesum Christum &c.

Vta Beati Pacifici Confessoris: Missa Os justi oā de Gm:

X^{mo} Sancta Margarita Scotorum Reginā Vidua: Missa de
Comm: Introit: Cognovi: prater orationem.

Deus qui B. Margaritam Scotorum Reginam eximiā in
pauperes charitate mirabilem effecisti: da ut ejus inter-
cessione & exemplo tua in cordibus nostris charitas jugiter
augeatur. p. Dñm nostrum &c.

XII Beati Guidi Confessoris. Missa Os justi: relig de Com:

XV Sancti Joannis à S. Facundo Conf: Missa Os justi de Gm:

Deus auctor pacis, & amator charitatis, qui B. Joannem
Confessorem tuum mirifica dissidente & componendi gra-
tia decorasti: ejus meritis & intercessione concede, ut
in tua charitate firmati, nullis a te tentationibus sepa-
remur. per. Dñm &c.

XVIII Translatio S. Elieazij Confessoris: Missa Os justi:
prater orationem Segnū: Evang: Nolite timerē 2^o:

Deus qui B. Eliearium Confessorem tuum inter catena
virtutum insignia virginale pudicitia in conjugio deco-
rasti: concede propitiis; ut cuius translationem celebri-
ter veneramur in terris: ejus beatā consortia feliciter
consequamur in celis. per. Dñm &c:

XIX Beata Michelina Vidua. Missa Cognovi de Comm:

ORATIJO.
Deus qui B. Michelinam a terrenis solusam affectibus,
ad amorem tuum dispositione admirabiliter transstulisti:
tribue nobis quasumus: ut ejus meritis & imitatione, a nox-
ijs cupiditatibus expediti, qua tibi sunt placita, liberis
mentibus exequamur. p. Dñm &c:

Die Sancta Julianā Virginis. Missa Dillexisti: de Comm:

ORATIJO.

Deus qui B. Julianam Virginem tuam extremo morbo
laborantem, prelio Filij Qui corpore mirabiliter recrea-
re dignatus es: concede quasumus; ut ejus intercedentib;
meritis nos quoq; eodem in mortis agone resecti, ac roba-
rati, ad celestem patriam perducamur. p. Dñm &c.

XXI Sancti Aloysij Gonzaga Confessoris. Introitus.

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & ho-

nore coronasti eum. Psalm. Laudate Dominum omnes
Angeli ejus: Laudate eum omnes virtutes ejus. Gloria Pat.

ORATIO.

Cælestium donorum Distributor Deus, qui in Angelico
juvēne Aloysio miram vita innocentiam pari cum pani-
tentia sociasti: ejus meritis & precibus concede; ut inno-
centem non secuti, panitentem imitemur. p. Dnm d:

Epistola: Beatus Vir &c: de Communi Confessorum.

Graduale. Domine Spes mea, & fuentus mea; in te con-
firmatus sum ex utero, & de ventre matris mea, tu es pro-
tector meus. N. Psalm: Ne autem propter innocentiam su-
scipisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
Alleluia alleluia! N. Psalm. Beatus quem elegisti & assumpsisti
inhabitabit in atriis tuis. Alleluia.

F. Sequentia Sancti Evangelij secundum Matthæum.

In illo tempore, respondens IESUS ait Sadducæis: erratis
nescientes scripturas, neq; virtutem Dei. In resurrectione
enim neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut An-
geli Dei in Cœlo. De resurrectione autem mortuorum n. Legisti
quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham
& Deus Isaac, & Deus Jacob, non est Deus mortuorum, sed
viventium. Et audientes turba mirabantur de doctrina
ejus. Pharisæi autem audientes, quod silentium imposuisset
Sadducæis, convenerunt in unum, & interrogavit eum uno
ex eis Legis doctor tentans eum: Magister quod est man-
datum magnum in Lege? ait illi IESUS: diliges Domi-
num Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua,
& in tota mente tua. Hoc est maximum & primum man-
datum. Secundum autem simile huic; diliges proximum
tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa-
lex pendet & propheta.

Offertorium. Quis ascendet in montem Domini; aut
quis stabit in loco Sancto ejus? innocentibus &
mundo corde. Secreta.

Cælesti convivio fac nos Domine. nuptiali ueste induitos
accumbere; quam Beati Aloysij pia preparatio, & juges
lacryma inestimabilibus ornabant margaritis. p. Dm d:
Communio. Panem Celi dedit eis, panem Angelorum man-
ducavit homo. Post Communio.

Angelorum escâ nutritos, angelicis etiam Dñe da moribus
vivere, & ejus quem hodie colemus exemplo, in gratiarum
semper actione manere: per Dnm d:

Die Beati Benvenuti Confessoris. Missa Justus. de Com:

XXVII Sancti Leonis Papa Confessoris. Missa Statuit. de Com:

ORATIO.

Deus qui B. Leonem Pontificem sanctorum tuorum me-
ritis coaquisti: concede propitiis; ut qui commemora-
tionis ejus festa percolimus, vita quoq; imitemur exempla-
per Dnm nostrum &c: *

FESTA IULII

Die VIII Sancte Elisabeth Regina Portugallie Vidua. Missa
de Communi cognovit: preter Orationem.

Clementissima

Die Clementissime Deus, qui B. Elizabeth Reginam inter ceteras egregias dotes, bellici furoris sedandi pietroga- stiva decorasti: da nobis ejus intercessione post thor- talis vita, quam suppliciter petimus pacem, ad ater- na gaudia pervenire. p' Dnm &c.

IX^a Beatorum Martyrum Gorcomiensium. Miss: Intret.

Deus qui Beatorum Martyrum tuorum Nicolai & So- ciorum ejus gloriosum profide certamen, eternitatis Lauream decorasti: concede propitiis: ut eorum meritis & imitatione certantes in terris, cum ipsis coronari me- reamur in celis. p' Dnm &c.

XV^a S. Henrici Imperatoris Confessoris. Miss: Os justi.

